

nihil majoris existimationis , aut illius origini nihilo propinquiore referatur .

Hoc sane est , summis ab iisdem Scriptoribus , ab iisdem caussis , ab iisdem rationibus , ab iisdem conjecturis , testimonij , diversa plane uti ratione : qua porro varietas , cuicunque demum vitio vertenda sit , siue Critics Regulis , five earum per Sapientes exercitationi , id certe apertissime confirmat , eximiam hanc Artem eo aequitatis & accurasius adhuc non pervenisse , quo illam atque hac evectam suisse nonnulli sibi blandiuntur . Hinc quocumque tandem postremis saeculis progressus fecerint Disciplina atque humanae Litterae , nonne ad altiorem perfectionis gradum ascendent , & in clariori luce verbantur , si vias omnes & modos persecuti fuerimus , quibus Criticæ Leges dilucidius explicari possint atque earum usus fit exquisitor , magisque ipse sibi constet ?

Quid magnorum ingeniorum saeculi nostri eruditio & perspicacitate dignius , quid Litterariorum Reipublica utilius quam consilium hoc perficere ? Evidem has Animadversiones emissurus , præclarissimum consilium hoc mihi ante oculos proposuissim ; si pares discibili ac spinoso muneri vires respondissent . Nunc vero me perbeatum prædicabo , ubi qualicumque haec opera mea præstantioribus Scriptoribus aditum aliquem patescat , vel saltem ardorem ingerat ad tantum facinus ineundum atque exequendum . Quod mea interest , tribus efficiendis institutum meum circumscribere putavi : primo quidem ut ostendam , Criticen etiam nunc satis virtuosam & minus tutam esse , si de illius perfectione judicium ferendum sit ex iis , quæ apud probatissimos recentiores hujusc Artis Magistros leguntur . Secundo , vitiorum istorum fontes aperiam . Tertio , generales quasdam præscriptions indicabo , quibus ad restituendam Criticen uti quis possit .

Antequam de his omnibus agere aggrediar , libuit communem Critics notionem informare , diversas illius regulas atque usus recensere , quam sit gravioribus disciplinis & liberalibus artibus perciendi necessaria , monere : specimen deinde exhibeo lectionis fructuum ab ea proxime elapsis saeculis perceptorum ; atque ipsius origine & instauracione paucis ob oculos positis , primæ Dissertationi , qua Prolusionis cuiusdam loco haberi potest , finem faciam simul ac ostendero , cur exiguo Clarissimorum Criticorum numero , quos ex aliis omnibus selegi , meas Animadversiones concluserim . Sunt autem Tillemontius , Baileetus , Ruinartius , Simonius , Dupinus , & P. Alexander . Horum itaque sex illustrium Scriptorum idecirco delectum habui , eosque ceteris prætuli , quod nimis omnium confessione de præcipuis ad Critics Ecclesiasticæ usum spectantibus rebus accurate disputaverint ; quodque singuli , non ejusdem forte gradus profunda eruditio , perfecta Criticarum Regularum intelligentia , summo in iis usurpandis studio , atque ingenuo veritatis amore prædicti sint : quæ sane omnia eximiū Critici ingenium effingunt . Non omitto nihilominus Animadversiones meas aliquando ad aliorum Sapientum Opera pro re nata traducere .

Cum